

prepositus sanctorum apostolorum. Herimannus prepositus sancti Severini. Tirricus prepositus de Rese. Godefridus capellarius. Hii vero nobiles: Henricus comes Seinensis et frater suus Everhardus. Arnoldus et Fridericus comites de Altena. Wilhelmus comes Ivliacensis, Henricus filius ducis de Lempuro. Henricus comes de Cessele. Henricus comes de Hÿcenswage. Everhardus de Hinkebach. Gerhardus comes de Are. Lÿttarius comes de Honstade. 5 Gerhardus de Blancenheim et frater suus Conradus. Gerhardus de Wassenberc. Conradus de Dicke. Otto de Heldorp. Ministeriales vero beati Petri: Henricus de Volmÿtstein. Gerhardus frater eius. Henricus de Alpheim et frater suus Arnoldus. Herimannus advocatus Coloniensis. Herimannus de Aluctere marescalcus. Gerhardus Albus et frater suus Otto camerarius. Reimarus de Rothe. Wilhelmus Scillinc et filius suus Wilhelmus. 10 Acta sunt hec anno dominice incarnationis m̄c̄xcv̄ii, regnante Henrico glorioso Romanorum imperatore, anno pontificatus nostri secundo; datum Colonic xi. kal. februarii.

(S.)

## 18.

*Laudgraf Hermann schenkt dem Abte Hugo vom Peterskloster zu Erfurt die ihm zustehenden Ge- 15 rechtigkeiten an den Gütern dieses Klosters in Sulzriden.* **Reinhardtsbrunn, 1197 März 27.**

*Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Magdeburg. Phot. II. St. A. S. verloren.  
Gebr.: Zeitschr. des Ver. für Thür. Gesch. 5,237.*

:In nomine sancte et individue trinitatis.: Hermannus dei gratia Thuringie lantgravius et Saxonie comes palatinus tam futuris quam presentibus Christi fidelibus salutem 20 in perpetuum. Ex suscepti sollicitudine moderaminis deo et honorabilibus Petro et Paulo apostolorum principibus recognoscimus nobis immiñere, quod ecclesie dei infra principatum nostrorum terminos constitutis debeamus pervigilem curam gerere et contra quelibet adversa | nostre parvam defensionis sagaciter<sup>a)</sup> opponere. Quo circa universitatem fidelium scire volumus, quod nos in procinctu Hierosolimitani itineris constituti ob retributionis 25 eterne compendium omnem iusticiam, quam visi sumus habuisse in bonis beatorum apostolorum Petri et Pauli in villa Sulzridin, petitione familiaris nostri domini Hugonis abbatis in Erfordia prompta voluntate dimisimus retento dumtaxat in eisdem bonis nobis iure sex sexagenarium<sup>b)</sup> avene, quatinus predicti loci fratres memoriam nostri in orationibus suis faciant et pro incolomitate procinctus ac totius vite nostre circumstantiis salutaribus monitis 30 suis dominum iugiter interpellent. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo c̄. xc̄. vii, indictione xiii, presentibus his testibus: domno Hermanno Reinheresburnensi abbate, comite Meinhardo de Mulebure, Mechfrido de Gotha, Gunthero dapifero et aliis quam pluribus. Quisquis autem contra hanc nostre tradicionis paginam venire temptaverit, apostolorum principis indubitata sententiam excipiat et a liminibus sancte ecclesie 35 segregatum se evidenter agnoscat.

Datum Reinheresburnen vi kal. aprilis feliciter amen.

(SD.)